



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

15. Sanctos mortem citam optare, ne cogantur malis interesse.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

Deus, dum vitam tam citò auferit; auferit enim cum vita occasionem atrociora supplicia promerendi.

## XV.

Eccles. 2. 37.

Gen. 27. 46.

Iob. 10. 1.

Ion. 4. 8.

3. Reg. 19. 4.

2. Cor. 1. 8.

Marci. 14. 33.

Iob. 3. 1.

Ierem. 20. 14.

1. Machab. 7.

Rom. 7. 24.

Phil. 1. 21.

Psal. 141. 8.

S. Ambros. de

bono mortis.

cap. 7.

Possidon in

vita S. Au-

gustini. cit.

Sed cur non etiam sine beneficio hoc auferret vitam illis, qui improbitate sua faciunt, vt etiam sancti viuere diutiùs in tam scelerato Mundo non velint? Nam eousque peccatum progreditur, vt & malos faciat vita indignos, bonos autem vitæ indignantes. *Idcirco tādūt me vita mea, ait ille, videntem mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem.* Quale vitæ tādium etiam Rebecca, Iob, Ionas, Elias, Paulus, Christus, alijque quàm plurimi habuerunt. Diem natalem Iob maledixit; & Ieremias, ac Mathathias, se natum doluit. Et Paulus cum eodem Iob, & Ieremia, & Elia, & Dauide ex hac vita discedere desiderauit. Et *qui vitam odio habuit, ait S. Ambrosius, vtique mortem prædicauit, granius est enim ad peccatum viuere, quàm in peccato mori.* Immo longè præstabilius est millies mori, quàm in peccato viuere. Hinc solenne est sanctis viris tādium præsentis vitæ, vt ipsi mortui Deum etiam leuiter desinant offendere, ac videre peccata aliena, quibus grauiter læditur diuina maiestas. Micòs enim illis dolet mors sua, quàm mala aliena, vt apparuit etiam in S. Augustino, cùm eius ciuitas obsideretur. Itaque & se perimunt, ante tempus, qui peccant, & eos, qui non peccant, vt vel sic bis peccent peccatores. Qui plura vult de hoc argumento, legat S. Gregorium Nyssenum oratione de ijs, qui præmaturè abripiuntur.

## CAPVT XLIX.

*Mortes varias, per bella, pestes, aliasq; causas, iustissimis Dei iudicijs in homines immitti.*

## I.



Vt homines nonnulli citiùs moriantur, satis dictum existimo. Atque hæc de tempore Mortis quoque sufficiunt. Nam quòd in senecta primùm ætate decedat, vix est quisquam qui murmuret; cùm vix quisquam sit tam senex, qui non vel speret, vel optet vitam longiorem. Quòd si enim nonnumquam tēdio laboris, vel alijs ærumnis pressus mortem videatur vocare, haud seria est vocatio, quia si vel inuocata venit, est ingrata. Quod lepida fabella expressit Æsopus, in

sene